



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

XIX. S. Pontianvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

cadunt.^b Et sedes Episcoporum ideo in Ecclesiis excelsa constitu^{b. b.d.}
untur, vt ex hoc Episcopi prælationem atque potestatem ligandi
& soluendi habere intelligentur, & omnes fideles per manus im-
positionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum ac-
cipere debeant, vt pleni Christiani inueniantur. Hic Valerianum
Ceciliæ sponsum, multosq; alios ad fidem Christi conuertit, & ad
martyrii palmam perduxit. Hic ordinauit Episcopos 8. presbyteros
19. diaconos 7.

XIX.

S. PONTIANVS.

A. ccxxxiii.

PONTIANVS, natione Romanus, ex patre Calpurnio, sedit annos 9. menses 5. dies 2. Fuit autem temporibus Alexandri, à consulatu Pompeiani, & * Peliniani. Eodem tempore prædictus Pontifex cum Hippolyto presbytero in exilium est deportatus ab *Pelagiani.
Alexandro in Sardiniam, in insulam Bucinam Seuero & Quintiano consulibus, & in eadem insula afflictus, & maceratus fustibus defunctus est 3. Kalend. Nouemb. a ep. i. ad Fe-
dauit sacerdotes non esse accusandos ab inimicis, aut à sceleratis, licem.
aut hominibus alterius sectæ vel religionis, vel, si forte peccauerint, à reliquis sacerdotibus arguendos, & à summis Pontificibus constringendos esse præcepit, ita vt nullo modo à secularibus, aut malæ vitæ hominibus arguantur vel arceantur. Hic ordinauit Epi-
scopos 7. presbyteros 6. diaconos 5.

XX.

S. ANTERVS.

A. ccxxxvii.

ANTHEROS, natione Græcus, ex patre Romulo, sedit annos 12. mensem 1. dies 12. Fuit autem temporibus Maximini & Africani Coss. Hic gesta martyrum diligenter à Notariis exquisi-
uit, & in Ecclesia recondidit. Qui 3. Nonas Ian. martyrio corona-
tur. Hic ordinauit Episcopum vnum. a Hic etiam consultus, de E-^{a epist. ad E-}
piscoporum mutatione, fieri licere in suis decretis respondit, non p^piscop. Betice.
tamen cuiusquam libitu aut dominatione, sed communi utilitate
aut necessitate, sicut Petrus Apostolorum Princeps de Antiochia
Romam utilitatis causa est translatus, vt ibi plus proficere posset.
Et Eusebius etiam de parua quadam ciuitate Apostolica aucto-
ritate mutatus est Alexandriam, similiter & Felix de ciuitate qua
ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam & bonam
vitam quam habebat, communi Episcoporum & reliquorum sa-
cerdotum, aut populoru^{7. q. i. c. muta-} consilio translatus est Ephesum, quia sicut
Episco-